



**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

1 Executor qualiter debeat distribuere, diuidere substantiam testatoris, vt  
eius voluntatem exequatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

IOAN. IACOB. à CANIBVS

stitutionem. Et quid de illo, qui recipit quid non conficiente.

22. Filius familiás prætermittēs inuentarij factio-  
nem, an teneatur ad restitutionem.

23. Relictum minus legitima, an debeatur in fo-  
ro poli: aut ciuiili.

24. Ius canonicum sive naturalem obligatio-  
nem.

25. Executor in restitutione malè ablatorum,  
qualiter se gerere debeat. & num. 32.

26. Executori quid agendum, perditō libro ra-  
tionum defuncti, in restitutione malè ablatorū.

27. Regula quando, & infrā quod tempus sint  
præstanta ab executore.

28. Dies apposita in principali dispositione, in est  
conditioni.

29. Executori quando non currat tempus præ-  
scriptum à testatore, causa suæ voluntatis im-  
plendæ. & num. 31.

30. Executori ignorantis legata, non currit tempus.

33. Executor quando non teneatur sequi consi-  
lium eius, quem testator mandarat consulendū.  
& num. 34. & 35.

36. Executor in distributione bonorum testato-  
ris quam debeat habere rationem & delectum.

37. Alimenta debentur etiam naturalibus de iure  
canonico & ciuili.

I. Consentaneum modò est, ut ipse  
commissarius seu executor distribuat, dini-  
dat, dispergat, & exequatur ipsam ulti-  
mam voluntatem. In quo potissimum est opus, ut  
consideret voluntatem, ex qua sua potestas pen-  
det, sicut arbitri author pendet ex compromis-

so: ar-

DE EXECVT VLTI. VOLVN. 49

so ar.l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbit.  
Vbi quatuor præcipue sunt ponderanda.

Primum est, an debeatur: atq; quo iure.

Secundum est, quando.

Tertium, qualiter.

Quartum est, quibus.

In primò igitur punc̄to considerare debet,  
vitrum debitum sit naturaliter & ciuiliter:  
¶ an verò naturaliter tantum, vel ciuiliter tan- 2  
tum, quoniam primò casu illud est omnino sol-  
uendum: vt l.i. §. debitum ff. de constit. pecu.  
Verbi causa, si testator fecit furtum, rapinam,  
dolum, oppressionem, calumniam: vt 14. q. s.  
c.fin. Nam istam restitutionem præcipit fieri  
ius positum in legibus scriptum. Item ius natu-  
rale, quod prohibet aliquem locupletari cum  
aliena iactura: vt l.nam & hoc nutra. ff. de  
condi. inde. & 1. distin. ius naturale. Et tertio,  
ius diuinum vt in reg. peccatum. de regu. iur.  
lib. 6. Si verò est debitum ciuiliter tantum, vel  
naturaliter tantum, Bald. in l. id, quod paupe-  
ribus. in 4. parte fecit aliquas quæstiones: sed  
examinaui latius cum Canonistis in c. quia ple-  
riq. de immu. eccl. vbi tango. 15. casus, in qui-  
bus quis